




Tractatus fidei ubi est tota materia heresis ubi probatur quod potest
procedi contra hereticos & fidei xpiane emulos qui tam i iure civili
q canonico & sacra scriptura est fundatus ubi quilibet fidelis xpianus
poterit speculari. quid sit fides. que pena imponat hereticis & quomo
do iudices eos punire debeant.

Franciscus dei & aplice sedis gratia Epus sgl
lacenesis. Vniuersis & singulis nostre diocesis
caritatez in dno ppetuaz. Scire uos uolumus
q nonnulli cerritani vulgariter nuncupati &
alii i eoz sermonib9 seu pdicationib9 ques
tus gratia uerba heretica uel heresim sapien
tia pferre temerarie non uerent. Vnde ad
nostri & eoz doctrinam considerandum est

q dictis sanctoz patrum uel alioz ab ecclesia receptoz stare licet &
qui dicunt quod ipsi dicunt non potest de temeritate redargui nisi ea
dicere que retractanda sunt sicut Augustinus multa retractauit de
dictis suis uel nisi per ecclesiam correcta sunt ut patet. xxvii. di. c. i.
& ii. & xxxii. di. s. i. i. fi. Si uero sancti diuersas opiniones habeant
inter se ut de corpore beate marie assumpto in celum uel de salomoe
dampnato licitum est cuiq dicere quod uult. Si uero nulla diuersitas
inter sanctos inuenit necesse e usq ad unum iota seruare quod ipsi di
cunt. xv. di. c. fi. Postq opuscula eoz a sancta ecclesia sunt autentica
ta. Verba sunt Inno. de consti. c. ne initaris quem sequunt doctores
ibidem verum dicit hostiens q hodie e comunis opinio merito ap
probata q corpus domine nostre sit assumptum ut ibi recitat dñs Fra
nciscus de zambarellis Hinc dicit ibi Bal. q hodie tenendum est q sit
in paradiso qz ecclia facit solempnissimum festum de assumptione
gloriosissime pginis marie alias dicens qtrariuz esset pximus heresi
Si uero est diuersitas inter dicta sanctoz & dicta romanoz pontifi
cum dicit Abbas. sy. q idecisionibus causarum statur dicto pape qz
petro & suis successoribus fuit data potestas legis condende & inter
pretande ut patet per. c. per uenerabiles qui filii sunt legitimi nisi di
ctum sanctoz iuuaretur auctoritate noui uel ueteris testamenti seu
alicuius gsilii papalis. In expositione uero sanctarum scripturaz stare
tur potius dicto sanctoz & allegat glosam in summa in. c. de libell
xx. di. nisi tractaret de expositione necessaria super sacramentis uel
articulis fidei scdm Ab. ibidem Vnde dicit Fra. de zam. in de. una
de summa tri. p. nos igit q ad romanaz eccliam pertinet determina
re ea que concernunt articulos fidei qz questiones fidei determinat

q in maiorib9
q in minorib9
q in pmo
q in dno

solus papa uel si fieri potest reducunt ad concordantiam nec dicitur
illis opinionibus derogari uel preiudicari quando reducuntur ad con-
cordantiam ut dicunt moderni in .c. literas de resti. spof. Qui enim
assentit alicuius magistri opinionem contra manifestum scripture testi-
monium siue contra id quod publice tenetur scdm ecclesie auctori-
tatem non potest ab erroris uicio excusari scdm beatum Augustinum
li. iiii. de doctrina xpiana & sic quando error est contra manifestam
sententiam scripture uel ecclesie sed in dubiis non generat aliquod p-
iudicium ueritati inter diuersas magistrorum opiniones ut predicat
post Inno. & scribit in summa cōfessoy. li. iiii. ti. xxxii. q. xviij. Hic
est q̄ beatus Thomas secunda scde. q. xi. articulo. ii. ait sic ad tertium
dicendum q̄ sicut Augustinus dicit & habet in decretis. xxiiii. q. iiii.
dicit ap̄us si qui sententiam suam quis falsam atq̄ puerfam nulla p-
tinaci animositate defendunt querunt autem cauta sollicitudine ueri-
tatem corrigi parati cum inuenerit nequa sunt inter hereticos con-
putandi q̄ scilicet non habent electionem contradicentem ecclesiastice
doctrine sic igitur aliqui doctores dissentisse uidentur uel circa ea quo-
rum nihil interest utrum sic uel aliter teneatur uel etiam in quibus-
dam ad fidem pertinentibus que non dum erant per ecclesiam de-
terminata Postq̄ autem essent auctoritate ecclesie determinata si qs tali
determinationi p̄tinaciter repugnaret hereticus censeret. Que quidē
auctoritas determinandi principaliter residet in summo pontifice se-
cundum eundem Thomam ibidem insuper secundum eum ibidem
ait Ad secundum dicendum q̄ ille dicitur aliter exponere sacram
scripturam quam spiritus sanctus afflagitat qui ad hoc expositionez
sacre scripture retorquet quod contrariatur ei quod est p̄ spirituz san-
ctum reuelatum Sed pensandum est q̄ contraria sunt in eodem sub-
iecto secundum beatum Thomam scda scde. q. x. articulo. ii. circa me-
dium quod est uerum quando subiectum eq̄liter se habet ad utrumq̄
ut ipse idem dicit scda scde. q. xxiiii. ar. x. in responsione ad primum
argumentum Inde dicit q̄ contradictio non est nisi secundum idē
& respectu eiusdem scdm Io. an. in mercurialibus i regla. possessor
p. iiii. querebatur & do. de rota in nouis. cccc. lxxxv. Ideo dicitur q̄
illa sunt contraria que sese non compatiunt ut notat de penit. di. i. c.
resuscitatus & sic si se compatiunt non sunt ḡria sed diuersa que nō
dicunt ḡria ut legitur de hīs que fi. a pla. cum ap̄lica. Nam illa que
tendunt ad eundem finem non sunt ḡria scdm glo. in uerbo tene-
ris de app̄. c. si a iudice li. vi. & in regula nullus in fi. eo. li. qui enī
ad finem ueritatis inueniende opinatur corrigi paratus non dicitur
ab ecclesia separatus. Ad hoc igitur ut qs dicat ab ecclesia in aliquo

diuisus est necesse ut pertinaciter sequitur opinionem manifeste quam sa-
cre scripture secundum ecclesie auctoritatem ut predicatur nisi autem si talis
opinio potest ex iusta causa excusari & patus quis sit corrigi audita po-
tate ut premittitur uel ex alia iusta causa excusabili ut quod unum ex
gravis est multiplex intelligibile cum contrarietas ipsa debet esse manifesta
evidens notoria & non excusabilis iuxta ea que habentur in .c. cum im-
poficibus iuncta glo. cum dictis doct. de iure iura. in vi. Vnde caute
dicit beatus tho. quod gratiatur ei quod est per spiritum sanctum reuelatum ca-
ueat itaque quispiam ne quod nostra sinodalia hereticos persecutio contraire
presumat sed subiciat se in omnibus sententie sacrosancte romane ec-
clesie. vnde beatus ieronimus de heresi apud sedem apostolicam in famatus
scripsit pape ut habetur. xxiii. q. i. hec est fides papa beatissime me quam in
catholica didicimus ecclesia in qua si minus perire aut parum caute fore
te aliquid positum est emendari cupimus a te qui petri fidem & se-
dem tenes. Si autem hec nostra confessio apostulatus tui iudicio compro-
batur quicumque me culpam uoluerit se imperitum uel malivolam uel
etiam non catholicam sed hereticum comprobabis similiter abbas ioch-
im scribens quod magistrum sinay hanc submissionem amplexus est ut scri-
bit in .c. dampnamus in fi. de summa tri. & fide ca. licet eius sententia
fuerat ab ecclesia reprobata ut autem ad noticiam quoruncumque hoc edi-
ctum perueniat mandauimus affigi in valuis nostre maioris ecclesie &
ibidem persistere diebus tribus Dat. squillacii Anno domini. m. cccc. lxxiii
die. xxvi. mensis ianuarii vii indictionis Sub pontificatu sanctissi-
mi in christo patris & domini nostri domini Sixti diuina prouidentia pa-
pa quarti anno quarto feliciter Amen.

Voniam plurimi circa diuinationes uacant eorum conscien-
tiam deturpantes quia non demonum est diuinatio sed dei
iudicium ut legitur ezech. xx. Vnde sciendum est quod utentes
aliquibus rebus ad diuinationes faciendas puta sortibus notis siue ca-
racteribus incantacionibus & quibuscumque magicis artibus alii aut
per inspectionem quarumcumque scripturarum uel qualitercumque fu-
tura promittunt docent uel consulunt alios magos puniendi sunt.
Nam si sunt layci excommunicantur & turpiter de honestate eiciuntur
de parrochiis suis & a testimonio repelluntur & sunt infames. Si vero
sunt clerici officio & beneficio priuantur ut legitur & notatur in .c. i. &
ii. de sortile. & xxvi. q. v. c. episcopi & c. non oportet & c. si quis epis-
copus et. c. aliquanti & c. si quis ariolos & e. q. ii. c. illud tuz sy. & no.
doct. in all. c. i. & ii. de sortile. & tam clerici quam layci perpetuo carceri
mancipantur ut in all. c. si quis episcopus & ea. q. v. c. quicumque facere
dotum in fi. & c. contra dolorem idem si inuocantur demones ad

perniciem inimicorum ut in alf. c. quicumque sacerdotum & e. q. v. nec
marum post prin. ibi demonibus autem accitis.

De malum enim incantatores & diuinatores esse non debet
& contra fatientes grauissime puniuntur ut C. de malefici. &
math. l. ii. & iii. nec ire debet ad domum alterius nec aliquis
debet eos uocare ad domum suam ut in alf. l. iii. similiter puniunt
confitentes ymagines cere & pūgendo ut uitas hominum & inimi
corum suorum labefatiant per magicas incantationes conuocatis de
monibus ut e. ti. l. multi et infra dicitur unde si quis per incantatio
nem seu artem magicam contra salutem hominis uel ad prouocandū
mulieres ad libidinem operatur punitur seuerissime ut e. ti. l. iiii. et
ex hiis patet qd eodem modo malefici puniuntur qui intendunt ad
ligandum homines per sortiaras et maleficas artes ne ualeant vxores
cognoscere de quibus loquitur ti. de frigi. et malef. Nam tale malefici
um fit operatione demonum ad impediendum actum matrimonii
et permissione diuina datur potestas diabolo ut propter aliquod pec
catum homines sic vexet ut. xxiii. q. i. si per sortiaras et per beatus
tho. in quarto di. xxxiii. ar. iiii.

Olent enim demones qui intendunt perditionem homi
num de suis responsis etiam si aliquando uera dicant eos as
suefacere ad hec ut eis credatur et sic intendunt eos pducere
ad aliqd quod sit nature humane nocuum secundum beatum tho. ii.
se. q. lxxxv. ar. iiii. Sortes enim reprobantur quep magicas incantatio
nes fiunt uel que fiunt ad exercendas vanitates aliquas uel que fiunt
ad inquirenda futura siue alia illicita ut in alf. c. i. et. ii. nō. docto. et
glo. xxvi. q. i. in sum. secus si fiunt non ad diuinandum sed ad sub
eundum se iudicio fortune circa temporalia unde electiones officia
liū seculariū possunt fieri per iudiciū fortis ut si eligantur ad fortiaz
per fabas uel palloctas uel taxillos ut nō. doct. in alf. c. i. et. iiii. Sortes
enim de sui natura non sunt male sed prohibentur ab ecclesia ne prop
ter assiduitatem labatur quis ad idolatriam ut nō. in alf. c. i. et. xxvi
q. i. c. fors Nam genus idolatrie est talia exercere ut pz. e. q. ii. c. sed
illud et. §. hiis ita et. q. v. §. quod autem. tales enim excommunicantur
ut predicatur et hoc si exercent artem talem que non sapiat manifeste
heresim. alias si exercent artem saliquam que nō sapiat manifeste
heresim. quod quando sit infra dicitur est excommunicatus itanq̄ hereti
cus quem uolunt iura esse excommunicatum ipso iure ut patet in. c. ex
comunicamus de hereticis lo primo Sortilegium et diuinatio non
tēdunt ad diuersa ut notant doctores de hereticis. c. accusatq. §. sane
li. vi. qz ad diuinare tendunt quod ē prohibitum et in malaz parte

accipitur fm tho. ii. se. q. lxxxv. ar. i. ad fi. & .q. i. c. nunq. hinc est
q dicit l. fileat omnibus ppetuo diuinadi curiositas etiā sub pretexto
sompniōz ut C. de malef. & math. l. iiii. cōiuncta l. vi. nec ignorātia
& bonus zelus habet excusare fatientez talia ex quo sunt pphibita ut
patet in alf. c. ii. de sortile. & xxvi. q. v. sortes de simo. c. per tuas. lo
iii. & de ma. an. talia excusant habet in. ci. de psum. & C. de in iu.
fi non cōiūciū & C. de siccar. l. i. & l. plagii. C. de plag. per doct. Seco
si aliquid fiat quod non sit a iure pphibituz siue illicituz ut in eisde
iuribus & de accusa. cum dilecti & de reg. iur. c. ii. unde isto ultimo
casu psumitur quis in dubio habere animū fatiendi id quod nō cadit
in delictum ut nō. bar. ff. de no. oper. nu. l. non soluz. §. sed ut pbari
& Bal. C. de proba. l. matrem & per Pe. de ancho. in. c. fi. in fi. de ac
cusa. in vi. & per anthonium de butrio in de. fi. de rescrip. Nam ut
uolunt doctores & concludit idem ant. in alf. c. ii. de sortile. dicens
q scientia astrologie ut patet. xxvi. q. ii. §. huius reprobantur in quātū
homo exercens illam ad iudicandum euentus particulares & futuros
uel futuras uel preteritas hominum operationes dat in talibus fidem
quasi necessario ponat veritatem ad id quod intendit qz in talibus i
miscere est occulta operatio demonum secus si non ponat necessario
fidem in talibus sed quasi presumptionem & conjecturam inducat
maxime circa considerationem temporis seminandi uel potionum
medele uel minutionum sanguinis secundum eos de quo per beatus
thomam in. e. q. ar. i. & v. dicens q quedam sunt artes ad precogno
scendum futuros euentus qui ex necessitate uel frequenter proueniūt
quod ad diuinationem non pertinent ut in astrologia puta circa sicc
tates & pluuia & similia non erūt illicita diuinatio nec supersticiosa
sed ad alios futuros euentus cognoscendos non sunt aliquere artes
seu discipline sed fallaces & vane ex deceptione demonum introdu
cte ut dicit beatus Augustinus in. xxi. c. de ciuitate & in hīs opera
tio demonum se in miscet. Vnde erit diuinatio supersticiosa secun
dum thomam in alf. ar. i. in fi. & ar. viii. & ibi ponit triplicem de
nominationem sortorum videlicet diuisoriam consultoriam & diui
natoriam. Actus autem hominum qui requiruntur ad sortes non
subduntur dispositioni stellarum nec etiā euentus ipsorum unde si
quis ea intentione sortibus utatur q huiusmodi actus humani q req
runtur ad sortes sortiantur effectum secundum dispositionem stella
rum vana & falsa est opinio z per consequens non caret demonum
ingestione et sic talis diuinatio erit supersticiosa et illicita de quo ibi
plene per tho.

faciens aliquid qd a iure
no est pphibitum in dubio
presumitur hinc arm. facit
id quod no cadit in delictum

non est pphibitum in dubio
presumitur hinc arm. facit
id quod no cadit in delictum

Imiliter non est licitum obseruare aliquid ad cognoscendū
fortunia uel infortunia qz cum homines incipiunt in huius
modi obseruationibus animum suū implicare multa secun
duz huiusmodi obseruationes eueniunt propter deceptionem demo
num ut hiis obseruationibus homines implicati curiosiores fiant et
sefe magis inferant multiplicibus laqueis perniciosi erroris ut Augu.
dicit in.ii.de doct.xp'iana secundū tho.lxxxxvi.q.ar.iii.

N de dicens q non hēbat firmam spem in talibus q sibi nō
prodest nisi probet propter iura preallegata etiam in sciētia
astrologie ex quo astrologia est a iure generaliter reprobata
sicut et alie diuinationes ut patet in alf. §. hiis ita. xxvi. q. ii. nisi i arti
bus astrologie non pertinentibus ad diuinationem ut predicatur cuz
regulariter diuinitio in malam partem accipitur ut predicatur et hoc
nisi persona que infamatur sit persona honesta qz tunc presumit fac
tum illud illicitum esse erroneum ut notati glo. de sen. exco. sacro.
et ibi dicit Ant. de butri. nō. q malefactum in honesto potius presu
mitur erroneum q dolosum secus in non honesto & ideo vult Inn.
de scisma. c. i. in prima glo. in si. quod est intelligendum p prima vi
ce non autem si secundaue post monitionem illud malefictum naz
qui bis fecit contractum usurarium presumitur vsurarius ut nō. dñi
cus de sancto gem. de pigno. illo uos. nam presumitur deliberate illd
facere cum binus actus inducat deliberatam voluntatem secundum
eundez de rgl'a. vidua. Idem dicit Io. de ymo. de iure iur. & si xps
dicens q sermo duplicatus dr fieri cum maiori deliberatione. Item
qui bis furatur dicitur consuetus furari secundum Bal. C. de ep'a. au.
nemo. quiny mo bis deliquens dr incorrigibilis ut nō. idem dñicus
in. c. i. de uit. & ho. de. et. e. ti. ut clericor. & iteratio actus inducit
mētis pditionē fm Io. an. in adi. spec. de fide instru. §. porro. jo. dona
tio aut Insup confessio extraiudicialis bis emanata preiudicat que nō
piudicaret si semel esset emanata ut nō. Bar. C. de agri. & cens. l. cuz
scimus inde dicit dominicus de capell. mona. c. i. in. vi. q. geminata
culpa in leuibz inducit depositionem pro hoc facit qd legit de hēt.
li. vi. c. accusatus & c. super co & frequētia delicti inducit cōtēptum
fm matio. & ymo. de sepul. de. i. in. jo. scīcter alf. ad hoc beatus
Augusti. de doct. xp'iana.

Vo fit ut presumatur idolatria qui exercet bis artē diuinan
di seu fortilegiorum ut non possit se excusare sub pretextu
ignorantie & boni zeli qz propter talem binam assiduitatez
labitur in idolatriam ut predicatur etiam si sit persona honesta exer
cens talem artem & tamq hereticus est uitadus post primā & secundā

*Nota q blasphemus artem
diuinandi psumit idolatriam.*

correctionem si pertinaciter persistit in errore ut infra dicitur nam triplex est genus diuinationis quorum primum est p manifestam demonum inuocationem quod pertinet ad nigromantem. Secundū ē p solam considerationem dispositionis uel motus alterius rei quod p tinet ad augures. Tertium est dum facimus aliquid ut nobis manifestetur aliquod occultum quod pertinet ad sortes & in hiis est eadez rō peccandi in genere sed non in specie qz primo casu grauius est peccare inuocando demones q̄ in duobus aliis casibus in quibus aliqua fi unt propter que demones se ingerant ad illa secundum beatus tho. in. ii. se. q. lxxxv. ar. iiii. hinc est q ymagines cum caracteribus ex operatione demonum hnt effectū cuius signum est q ē necesse in eis inscribi quasdam figuras & characteres que naturaliter ad nihil operatur p quos uidentur quedam tacita pacta fieri cum demonibus secundum eundem tho. ii. se. q. iiii. ar. ii. circa finem.

Imr circa figuras uel signa que apparent in rebus in animatis uel in liniamentis manuum uel que proueniunt ex plūbo liquefacto in aquam proiecto uel per quasdam cedras scriptas uel non scriptas in occulto positas dum quis considerat quam accipiat uel in festucis in equalibus propositis quis maiorem uel minorem accipiat uel etiam ex taxillorum projectione quis plura puncta proiciat uel etiam dum consideratur qd aperiēti librum occurrat q omnia sortium nomien habent & ad diuinationem ptinet fm eūdez tho. in. al. q. vc. ar. iiii. unde si qui necessitate compulsi deum putant sortibus exemplo ap̄orum esse consulendum videant ipsos ap̄os n̄ nisi collecto fratrum cetū & precibus ad deū fufis hoc egisse fm beatū tho. in. al. q. vc. ar. viii. & similiter i collectionibus herbarum etiam que medicinales sunt non liceat attendere aliquas obseruantias aut incantationes nisi tantum in simbolo diuino aut oratione dominica ut tantum deus creator omnium & dominus honoretur ut. xxvi. q. v. n̄ liceat & no. tho. in. al. iiii. q. ar. iiii. Aut enī ap̄us Siue manducabitis siue bibitis siue aliud facietis in nomine domini nostri ihesu cristi facite xxvi. q. v. non obseruetis fm augustinus. hinc est q tales delinquentes uidentur contra primum articulum fidei sentire scilicet credere in unum deū deū solū omnipotentem q ē primus articulus fidei ut patet de sum. tri. c. i. & alibi uidete q ego sum solus & non sit alius deus preter me ego occidam & ego uiuē fatiam percutiam & ego sariabo & alibi n̄ erit in te deus recens nec adorabis deū alienum & alibi dñm deū tuum adorabis & illi soli serues & alibi honorem meum nemini dabo & alibi non est uestrum scire tempora uel momenta. nam attribuit creaturis illud.

Nota qd licet herbas medicinales colligere in festuca aut orone dominica

quod est solius dei. s. predicere futura uel adorari uel reuereri uel oia
 posse quod quis debet impendere & attribuere deo & n̄ alteri ut. xx
 vi. q. v. §. q. autē forti. attribuere ergo id quod est dei proprium ali-
 cui creature est dicere eandem creaturam esse ipsum deum qz quicqd
 est deo proprium est ipse deus secundū tho. ii. se. q. xii. ar. i. in fi. &
 contra hunc articulum committunt idolatre sortilegi diuinatores au-
 gures & spem ponentes & confidentes in sternutationibus in can-
 tu auum in experimentis magicis & inuocationibus demonum &
 in caractulis ad collum uel obseruatione cursus solis uel in aliquibus
 uerbis dicendis in collectione herbarum & similibus. nam secunduz
 beatum Augustinum qui talibus credit sciat se fidem cristianam &
 baptismum preuicasse & esse paganum ut habetur. xxvi. q. v. non
 obseruetis coniuncto. c. illud. e. q. v. & per consequens hereticus dici-
 tur largo sumpto vocabulo seu non manifeste per. c. generali decreto
 xxvi. q. i. nam talia exercens uidetur pacisci cum demone aliquando
 tacite aliquando expresse ut dicit Augustinus & habetur in alf. c. il-
 lud & q. talia sint ab ecclesia prohibita plene ponit tho. scda. scda. q.
 v. c. verum beatus tho. ibi non declarat an talia sint heretica unde
 ponderandus est effectus ad quem tendit inuocans demonem qz si i-
 uocat ad prouocandum amorem mulieris & non est hereticus nisi sit
 uicium in adoratione si po ad sciendū futura & tunc est hereticus ut
 ponūt nōnulli alii theologi fm Io. an. i. addi. spe. de sor. & j. dicit
 tem notandum qz episcopus posset inquirere de occultis diui-
 nationibus & sortilegiis etiā sapientibz hēsim tñ inq̄sitores he-
 retice prauitatis de hīs n̄ possunt nisi sapiant manifeste hēsim
 ut de hereticz. accusatus. §. sane. li. vi. nam istorum sortilegioz & di-
 uinationum aliqua sapiūt hēsim aliqua. n̄. primo casu aliqua sapiunt
 heresim manifeste & tunc possunt inq̄sitores se intromittere. Secū-
 do casu non ut in alf. c. accusatus secunduz Io. an. in alf. addi. de sor-
 ti. Istud ergo uerbū manifeste determinat uerbum heresis et ad eius
 qualificationem uenit pro ut in simili dicit Bar. ff. de iniuriis. Itēz
 apud labeonem. §. guttum cum apponitur alicui qz interfecit prodi-
 torie unde dicit ibi in alf. c. accusatus pe. de ancho. qz sumere uel da-
 re pocula uel exercere sortilegia simplicia ad amorem mulieris prouo-
 candum uel propter conscientiam sumere hostiam non consecratam
 pro consecrata non sapit heresim manifeste quia alia est pena talia fa-
 cientium q̄ heresis et qz sint delicta diuersa patet ex diuersitate rubri-
 carum quia rubrica de hereticis ponitur separte a rubrica de forti-
 legiis de poculis ponitur. ff. de penis si quis aliquid. §. qui ab ortio-
 nis de hostia ponitur de celebratōe missarum ab homine. similiter

Nota qz sortilegi inuocare
 res demonum sunt heretica
 largo modo seu non manifeste

Secundum aliquid
 monitio ista non sunt
 heretici pro modo.

ymagines facere & demones inuocare & incantare ad amorem mulierum prouocandum magis est superstitiosum q̄ hereticum quia tunc vocatur demon ad id quod est proprium eius scilicet ad tēptandum. unde saluator in euangelio uocat eum temptatorem licet hec facere sit fetidum & peccatum mortale non tamen est hereticum sed facere que dicit glo. ibi. in alle. §. sane. videlicet nefarias preces emittere sacrificia offerre demones consulere eorum responsa suscipere uel associare sibi propter sortes exercendas hereticos uel faciunt predicta cum corpore & sanguine Ihesu Christi uel ut possint habere responsa puerum baptizant & hiis similia ex quo enim ad scientiam & prouidentiam futurorum pertinent sapiunt heresim manifeste quia attribuitur creature quod est proprium creatoris. iuxta illud Isaie. Annuntiate que futura sunt infuturum & sciemus quia dii estis uos secundum eundem petrum qui ad hec allegat oldra. incontestem. in consilio. ccix. quod incipit regularis habet traditio ad hoc est prealligatum §. q̄ autem sortilegi. & c. non obseruetis ibi qui autem talibus credunt & idem tenet dominicus in allega. §. sane. in adit. nam aut inuocat ad finem ut sciat futura & sapit heresim manifeste aut ad temptandum & non sapit heresim manifeste secundum cum. quod dicit verum si hoc facit per modum imperii uidelicet precipiendo demoni. sed si faceret ut illum adoraret & tunc sapit heresim manifeste propter vitium in adoratione ut ibi sentit glo. alle. eundem oldra. incontestem secundum quem dicit q̄ sortilegia simplicia non sapiunt heresim manifeste quia alius est titulus de sortile. & alius de heretico. ut p̄ dixi alias si sapiunt heresim manifeste ut proxime supra dicitur associando p̄pter hoc sibi hereticos uel similia ad diuinandum uel inuocandum demones potest procedi contra talem exercentem tanq̄ sortilegum uel tanq̄ diuinatorem & sic habito respectu ad sortilegium dicitur sortilegus & habito respectu ad diuinationem dicitur hereticus ar. ff. de adul. l. si adulterium cum incestu cum nō. docto. ibidem nā cognoscens consanguineam alteri nuptam dicitur adulter per respectum ad nuptam. & dicitur incestuosus per respectum ad consanguineam & utroq̄ modo puniri potest ut ibidem patet per docto. nam sortilegi dicuntur heretici ut predicatur & patet in alle. c. episcopi in princi. & q̄ p̄ modū imperii lz inuocare demonē dictū ē. s. post p̄nc.

T licet inuocare demonem ad futura cognoscenda sit graue tamen grauius est si sacrificium uel reuerentia demoni inuocato exhibeat demō. n. q̄ itēdit p̄ditōez hoīm etiā si ali. quādo uera dicat intendit hominem assuefacere ad hoc ut ei credat. ut ponit Tho. in allega. q. vc. ar. iiii. & sic adorare & reuerentiam face

*Nota q̄ superstitiosum nō est hereticum
et sic nō p̄mit ad inquisitiones
sive alimq̄ iniquas aggrauans
mydolaia q̄ nō ad infidelitatem p̄
fit heresim. Sed ad superstitione
solum sicut Thoma. 2^a q. lxx*

*Sed inquit istis sortilegiis
dimittit error p̄mittendū dñi.
pena et aduobis in dñi bñs vide
de hoc in consilio. nōbz inquisitiones
tholofm. 27*

re idem sunt hinc est q̄ dicit oldra. ubi supra post Io. mo. q̄ si adora
re hereticum sit hereticum uel heresim sapiat manifeste multo magis
adorare demonem idem dicit Io. andre. in addi. spe. in ti. de sortilegi.
sequendo opinionem oldra. licet ipsum non alleget & ne dum inuo
care demonem ad futura sciendum sed etiam ad postulandum auxili
um ab eo dicitur heresim sapere ut sequitur.

Tem in alle. §. sane querit idē dominicus q̄ si aliquis inuocauit
demonē sub p̄ modū. qui sapiat heresim manifeste ut ad postu
lādū aliquid nō aut simpliciter. quo casu nō diceret sapere herē
sim manifeste licet peccaret ut dicit. j. §. itē cōsiderādū. p̄. viii. ad. i.
§. itē An. de yser. p̄. p̄mo & demū p̄pter hoc citatus ab inq̄sitore ab
iurauit heresiz & p̄misit nūq̄ inuocare eū si postea inuocauit sit dicen
dus relapsus & posset relapsi pena puniri & refert lapū. abatē tenet q̄
sic sed alios cōtradecere. vñ ipse distīguūt saluādo utrāq̄ op̄inōnē. d.
q̄ qui inuocat demones putās illos posse facere illud ad qd̄ inuocat ex
eorū potestate actiua & p̄cedit op̄inō lapī ut taliter inuocās dicat he
reticus cū illi attribuat qd̄ ē dei & in alle. c. episcopi ubi expresse tex.
appellat hereticos illos q̄ petūt auxiliā a diabolo. deo derelicto aut q̄
inuocat nō credit illos posse operare ex sua potentia actiua totaliter.
sed ad id qd̄ ē natura eorū. s. ad tēptādū puta mulierē ad cōcupiscētiā
cū aliquo & tūc nō esset hereticus licet malefaciat q̄ saluator appellat
eū tēptatorē s̄m eū & idē tenet petrus ut predixi. vnde dicit lex ne
quis mortaliū tēptet explorare ueritatē presentīū uel futurāz rez sub
excrabili cōsultatione. vt. C. de paga. & sarra. ne quis sed cui incūbat
p̄batō. vnde. i. p̄. iiii. z in. §. itē p̄tinaciter asserere unde heresis ē spe
ties infidelitatis sed ydolatria est species superstitionis s̄m Tho. secū
da. ii. q. lxxxxiiii. ar. i. in respōsione primī argumēti in fi. licet ea que
heresis sunt ad superstitionem p̄tinent in q̄tu superstīto protestatur p̄
ueritatē fidei s̄m eundē in. iiii. di. xiii. ar. i. & sic q̄tuz ad peruerfita
tem fidei superstītio & ydolatria heresis paria sunt.

Vperstītio. n. opponitur religiōni & importat indebitū cultū
diuinitatis & ideo ad eā p̄tinet nō solū cū sacrificiū demonibz
offertur sed etiā cū aliqs assumit eius auxiliū ad aliquid faciēdū
uel cognoscendum. omnis enī diuīnatio ex demonū operatione p̄
uenit ut quia expresse demones inuocantur ad futura manifestandā.
uel tacite q̄ demones se ingerunt uanis inq̄sitionibus futurorūz ut
mentes hominū implicent uanitate varia enī est inq̄sitiō futu
rorum quando hō temptat prenoscere futurum vnde prenosci nō po
test & sic diuīnatio est species superstitionis quātum ad modum ope
rationis sed q̄tū ad finem intētū q̄ ē precognicio futurorum est spe

des curiositatis secundum eundem thō. in alf. q. lxxxv. ar. li. ad fi.
8. xxvi. q. et illud non enim licet homini uti auxilio demonum etia
circa ymagines characteratas per pacta cum eis tacita uel expressa secu
dum eundem th. in alf. q. lxxxvi. ar. ii. in fi. unde licet non posset
dici manifeste hereticus quando causa amoris inuocat tamen punien
dus est pena arbitraria uel pecuniaria ut infra dicitur uel pena sortile
gi si sortibus ad hoc usus est et secundum legem seuerissime punien
do ē p. l. iiii. c. de malef. et math. ut pdixi. Ex qbz gcludit q i istis
sortilegiis et diuinationibus sapientibus heresim manifeste habet in
quisitor cognitionem dummodo pertineant ad scientiam et prouide
tiam futurorum et sint manifesta sicut per euidentiam facti ut qz
publice predicat uel facit aut confitetur uel quia constat per testes qz
per hoc dicitur heresis manifesta ut nō. de hētiq. c. ad abolendam et
tunc dī constare per testes si eos reprobare non potuerit ut nō. dñs an
dreas de yser. in aut. gazaros et prima colump. et in ti. de statu. cōtra
liber. eccle. que posita est. c. de hereti. alf. ad hoc hostiens. in sum.
de heret. sub. §. qualiter deprehenditur. p. aduerte.

It est considerandum qz usus sortilegiorum et diuinationum
dī sapere heresim manifeste quando ille usus est manifestus
ad presumendum qz utens male sentiat de fide seu aliquo
eius articulo ut quia p exercitatione illius usus associat sibi hereticos
nam propter talem conuersationem presumitur manifeste talis qñs
est ille cum quo conuersatur ut patet de hereti. accusatus. §. ille qz li.
vi. et in auc. de monach. §. si uero hīs et ibi perscribentes uel ad talē
usum inuocat demonem ad diuinandum uel postulandum aliquod
suffragium qz tunc ratioe inuocationis presumitur heresis manifesta
et idem in similibus casibus ut predictur non autem dicitur tal' usus
manifeste si simpliciter quis utitur sortilegiis et diuinationibus etia
publice sicut etiam si publice peccaret adulterando fornicando uel alia
peccata mortalia cōmittendo qz non sapiunt ista heresim cum propē
hoc qz fidem manifeste nōn asserat uel sentiat ut. j. §. prox. p. fi. et. §.
Item And. de yf. p. ex quibus nisi frequentaret ac si esset hereticus
et diffamatus ne dum pro sortilego uel diuinatore sed etiam p hē
tico ut infra proximo. §. dī nā sortilegiorū quedā sapiūt heresiz que
dā nō sed ea que sapiūt hēsiqz aliqn sapiūt manifeste aliqn nō ut pdixi
post Io. and. Itē qz diuersi sunt tituli eoz ut pmitit. Itē qz simplicia
sortilegia nō sapiūt hēsiqz manifeste secy si essēt duplicia seu mixta cū
picipatōe hēticorū seu iuocatōe demonum. Itē nōndū qz l. §. p. xie.

Nde dicit dñicus de hēt. in fidei post pñ. qz hēticus dī manifestus
si pōt pbari hēsis p testes. xi. q. iiii. eoz l. qñqz dicatur occultū

*Nota qz quid heresis dicatur
manifesta.*

*Nota qz usus sortilegiorū et diuinationum
dī sapere heresim manifeste
qñ ille bñs est manifestus ad pñm
qz mens male sentit de fide*

*Nota qz pōtne ueni simplice
legis ex diuinationibz eaz nō pñ
dicatur manifesta ist' usus.*

¶ q̄ quinq̄ sciunt ut ibi unde concluditur q̄ qui aliter q̄ ad temptadū
inuocat dyabolum in suū suffragium dicitur hereticus seu sapit here-
sim manifeste ad. s. in. s. itē in alle. s. sane. qui enīz cōtrahit amicitia
& pacta federata tacita uel expressa cū inimicū principis maxime cōtra
principis uolūtate dicit infidelis & p̄ditor ac p̄uicare fidem principis
datā ut plene p̄ andre. d. yser. ti. q̄ sit p̄ma ca. be. am. s. rursus. in col.
ii. & iii. & p̄ ea q̄ legūtur & nō .xciii. di. si inimicū ē iste sic si q̄bat
cū inimicū dei ymo multomagis q̄ grauius ē diuinā q̄ humanā offen-
dere maiestatem sed constat q̄ demō ē dei inimicus cuius cōuersatio p̄bi-
bita ē nobiscū ergo zc. Quo fit ut inuocās p̄sumat credere illum pos-
se prestare illud ad quod inuocat ex sua potestate . tum quia agit rem
prohibitā & de genere malorum ut patet ex hīs que dicit andre. de
yser. in allegato. s. col. ii. ibi. sed an dñs p̄babit. tū q̄ ita operat ac si
ita crederet iux̄ ea que supra dicta sunt in .p. iii. & .j. in. s. itez cōside-
radū q̄ pluribus Item infidelis z rebellis dicit ille q̄ facit publice aut
operat contra honorem principis ut in. x. col. qui sint rebelles . sic qui
facit contra honorē dei multomagis ut supra. itē si cōuersatio hereti-
corū facit quē hereticū ut in alle. c. accusatus. s. ille quoq̄ . multomagis
cōuersatio demonū. nā licet p̄prium demonis sit temptare nō tamen
est eius p̄prium alia facere quā aliquādo inducat hominibus mala il-
lud tamē nō ē eius p̄prium sed dei p̄missione ut dicit Augus. xxvi. q.
v. c. sciendū. & . c. nec mirū & . vii. q. i. scissitaris. & Tho. super Iob. c.
ii. & super. iiii. di. xxxiiii. ar. iiii. & illud vide q̄ ego suz solus . zc. vt
predixi uolūtate enīz nocēdi habet dyabolus a seipso sed effectū nō
nisi ex diuina uoluntate uel permissione secūdū eundē Tho. sup Iob
c. iiii. q̄ cōtigit p̄pter maliciam creature rationalis que primo in dya-
bolo ē inuēta & p̄ eius suggestionē ad homines deriuata ut ibidem

Tē q̄sideradū q̄ pluribz modis dicit q̄ hereticus. s. scripto mo-
do v3. ut q̄ aliter sentit de articulis fidei q̄ romana ecclesia item
de sacramētis ecclesie. itē q̄ nō recipit q̄tuor cōsilia. itē q̄ aduer-
satur fidei catholice etiā si ex leui argumēto circa hoc erraret . item in
lxxx. sectis uel modis positīs in. c. qdā. xxiiii. q. iiii. unde in quacūq̄
heresi aliqd crederet uel fieret qd esset contra articulos fidei uel sacra-
mēta ecclesie uel impugnaret catholica fides aliter q̄ & sicut Romana
ecclesia credit & tenet uel si in heresi illa facto uel dicto incideretur
uel in aliis heresibus omnes tales heretici dicuntur & perdunt bona.
ut plene ponit Hostien. in sum. de hereticis. s. quā pena . & Andreas
de ysernia in allega. auten. gazaros. item qui contradicit decretis decre-
talibus epistolis sumoz pōtificū est hereticus. vt. xx. d. de libell. in fi.
secunduz eundē An. ubi supra post hosti. & de hac materia nō. xxiiii

q.iii. §. q. nō. & d. hētiq. c.iii. & e. ti. de.iii. & idem probatur per
c. accusatus. §. i. de heretiq. in. vi. ibi dī q̄ qui cōmīctit in una specie
seu secta heretiz aut errat in uno articulo fidei seu sacramento ecclie
est hereticus vnde dārius & breuius ponit glosa in de. una de usuris
glo. pēst. dicens q̄ non solum est hereticus male sentiens de articulis
fidei uel sacramentis ecclie sed etiam qui peruersum habet dogma
uel gignit nouas opiniones falsas uel iam inductas falsas opiniones
sequitur ut probatur de heretiq. ad abolendam & xxiii. q. iii. c. in
heresim & c. hereticus & ita tenent doctores in alf. de. finis proxi
mus heresis est adherere falsę sententię proprię secundum thomam
secūda secunde q. xi. ar. i. & intellige si pertinaciter repugnat secundū
calder. in consilio q̄rto sub ti. de heretiq. & dī infra.

T quod supra dīxi ne dum quis incidit in heresim p̄ho sed
etiam facto tenet expresse lapus abbas Antonius de butrio
& Io. de ymo. in alf. de. de usuris dicentes q̄ si quis n̄ uer
bis asserat pertinaciter exercere usuras nō esse peccatum sed factis
puta inhumaniter tractando eos quibus mutuaui uel simile quid
agendo q̄ tunc si ex hoc grauata sit eius opinio ita q̄ dici posset ex
hoc diffamatus tunc procedi poterit contra eū de heresi xi. q. iii. ex
istimant & c. non solum ubi habetur q̄ non solum uerbis sed etiam
factis deum negamus secundum eos ad hoc xxv. q. i. violatores ibi
aut proterue agunt aut loqui presumunt & in alleg. c. accusatus. §.
ille quoq̄ ubi ponuntur certi casus propter quos quis incidit in her
esim facto et opere licet nihil asserat & per consequens manifeste hē
ticus dici pōt inquantum sunt signa infidelitatis ut. i. p̄. ex quibus
patet. hinc ē q̄ si aliquis contrahat cum aliquo legitime matrimoni
um per uerba de presenti & postea illa uiuente cōtrahat propria auct
oritate cum alia inquisitor pōt contra talem sic contrahentem inqui
rere qualiter sentiat de sacramento matrimoniū secundum eundem
dominicum post lapū in alf. c. accusatus. §. sane & ita dicit ibi q̄ fu
it consultum nam facere de iste cōtra sacramētum matrimoniū qđ
